



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1602

V. Qvomodo Literas Apostolico miserit.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

BERG cum deducebant, omni Clero & populo in magno desiderio & expectatione positus. Itaque propinquante illo ad locum, ubi primitus conspiciere potuit monasterium cathedrale, ab equo descendit, calceam eam soluit, humilitatem cordis, habitu corporis ostendit frigora, niues, & glaciem Februarij, nudis pedibus, usque in ædem beati GEORGIJ calcavit, occurrentibus ei longo examine Clericis & monachis, nobilibusque laicis in multitudine copiosa cum vniuersa plebe BABENBERGENSIS Ecclesiæ, in pompa & processione gloriosa, in ornamentis & reliquijs sanctorum in hymnis & confessionibus, persona ac tempore oportunis, tantaque fuit exultatio & decus susceptionis, ut verbis explicari non queat. Salutatione autem completa, penetrabile gelu pedes Episcopi ita adusserat, ut vitæ sedem cor, & vitalia frigus ex toto pene possederit; Episcopus autem rerum gnarus, alijs aquam calidam ad lauandos pedes offerentibus; ille frigidam poposcit, & imponens pedes, frigore frigus pulsauit. Memor ergo * non sui, post paucos dies susceptionis suæ, antequam de alijs rebus suis ordinaret, nuncios Romam mittit & literas in hunc modum.

* al. vob.

QVOMODO LITERAS APOSTOLICO miserit.

DOMINO & patri suo PASCHALI sanctæ & Apostolicæ sedis vniuersali Episcopo, OTTO BABENBERGENSIS Ecclesiæ id quod est, tam devotæ quam debitæ subiectiones, orationes & seruitium.

V.

Quia totius Ecclesiasticæ dignitatis ac religionis firmitermentum in Christo petra est, & in Petro eius discipulo, Matth. 16, &

Psalm 44.

& eius successoribus; ideo ab hac linea, ab hac virga directionis, virga regnorum pontificatum, & omnium potestatum in Ecclesia, insanum duxi aberrare. Vobis igitur pater sanctissime, & sanctæ matri nostræ Romanæ Ecclesiæ collum deuotè submittens, auxilium & consilium de rebus meis flagito. In obsequio enim Domini mei Imperatoris per annos aliquot degens & gratiam in oculis eius inueniens, suspectam habens, in manu principis in vestituram; semel & iterum, cum dare vellet, renui Episcopatum. Nunc vero iam tertio in BABENBERGENSI Episcopatu me ordinauit, in quo tamè minimè permanebo, nisi vestræ complaceat sanctitati per vos me inuestire & consecrare. Quidquid ergo placeat discretioni vestræ, de me per nuncios mihi significate seruo vestro; ne forte in vanum curram, si ad vos currere incipiam. Omnipotens mihi propitium incolumitatem vestram custodiat.

Gal. 2.

Dominus autem Apostolicus visis literis gaudens, eo quod pauci Episcopi TEUTONICI regni, in ea malignitate temporum, matri suæ vt iustum esset, deferrent, ac ei tales literas destinauit.

RESPONSALES DOMINI

Papa ad Ottonem.

VI.

*Pro. 10.**leg. quærotius.*

RASCHALIS seruus seruorum Dei OTTONI dilecto fratri Babenbergensis Ecclesiæ electo salutem & Apostolicam benedictionem. Filius sapiens lætificat matrem suam. Opera tua & consilium tuum, virum præferunt sensatum. Nos igitur honorare, & profectus tuos iuuare congruum duximus. Nihil ergo de nostra benevolentia dubitās tua nobis * quod totius valens præsentiam exhibeto. Certi enim sumus quod diuina sapientia etiam malis hominibus bene vti nouit.

Quomo-